BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 49r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



intrant ecclesiam · Ita fide & sacramentis domi
nicae passionis initiantur · ut in huius quoque
imitatione sibi semper esse uiuendū intellegant ·
Quasi enim in ingressu scūarii nobis sextum sagū
duplicatur · cum dominicae passionis & sacramen
tis consequamur & exemplis instruimur ,
Dicit namq; de sacramentorū susceptione petrus ·
qui secundū magnāc misericordiā suā regene
rauit nos in spem uiuā · per resurrectionem
ihū xpi ex mortuis · Dicit de imitatione passio
num · Xpo igitur passo in carne · & uos eadem
cogitatione armamini , Facies & quinquaginta
ansulas in ora sagi unius ut coniungi cū altero
queat ; & quinquaginta ansas in ora sagi alte
rius · ut cum altero copulentur ; quinquaginta
fibulas aereas quibus iungantur ansae · & unū
ex omnib; operimentū fiat ; Haec ut supra in
cortinis exposuimus · & iāc hic intellegi possunt ;
q, uidelicet recordatio superne requiei quae nu
mero quinquagenario solet exprimi · corda
scōrum uinculo pacis adunet ; aut si noui ali
quid audire delectat · qm̄ saga humilitatem
sublimiū designant uirorum · quia magis
suorū meminisse delictorum quam uirtutes